

NOTITIAE CHRONICAE

De secunda periodo Capituli Generalis XVII C.SS.R.

Moderator Generalis C.SS.R. litteris die 23 dec. 1968 datis, Capitulares iterum convocavit pro secunda periodo Capituli Generalis specialis, inauguranda die 14 apr. 1969. Pro hac secunda periodo locus electus erat Collegium internationale Missionariorum Oblatorum B.M.V. Immaculatae (O.M.I.), Romae situm in Via della Pineta Sacchetti. Ad hanc domum Capitulares die indicato convenerunt. Numerus eorum qui convocati sunt, erat 105. Attamen, ob varias rationes, numquam omnes insimul in aula Capituli praesentes fuerunt. Numerus maior praesentium fuit 103; numerus minor 89. Adstiterunt decem Capitulares qui primae periodo non interfuerunt. Et facilior reddita est admissio auditorum.

In prima periodo huius Capituli iam plura decisa erant et etiam varii textus admissi, propositis tamen nonnullis emendationibus faciendis. Ideo electa erat Commissio, 4 membris constans, cuius munus erat diversos textus praeparare, postea a Capitulo approbandos. Plures Confratres in hoc opere perficiendo adiutores fuerunt; et ita initio huius secundae partis Capituli textus disceptationibus submittendus omnibus distributus est.

Hic textus provisorie acceptatus est a maioritate Capituli (id est a 50, negantibus 49), eo tamen sensu quod omnino nova redactio textus exclusiva esset. Deinde Capitulares, extra sessiones generales divisi in varios coetus, de emendationibus proponendis egerunt; et relatores designati desiderata speciali Commissioni Redactionis, iterum 4 membris compositae, tradiderunt. Synthesi propositionum facta ab hac Commissione, ac omnibus distributa, textus sequenti modo suffragationi subiecti sunt. Numeri cuiusque capituli, circa quos nulla emendatio desiderabatur, uni suffragationi submissi sunt. Pro aliis textibus autem, admissa propositione principali, emendationes desideratae Commissioni Redactionis traditae sunt, quae de iis assumendis iudicaret. Pluries tamen Capitulum circa emendationem determinatam faciendam mentem aperire debuit. Talis modus procedendi, brevior quam ille qui ab initio praevidebatur, nihilominus 567 suffragationes a Capitulo postulavit: et quidem in 33 sessionibus plenariis.

Textus maioritate requisita approbati totam materiam Constitutionum et Statutorum Capitularium hucusque vigentium complectuntur. Praeter ea quae immutata conservata sunt vel alio modo tantum expressa, nonnullae novae normae introductae sunt, quae praesertim gubernium respiciunt. Et non tantum Gubernium generale vel Capitulum generale. Etenim, admissio principio subsi-

diarietatis, Provinciis et Vice-Provinciis concessa est autonomia sat ampla in ordine ad electionem vel designationem superiorum, necnon relate ad ipsa Capitula sive provincialia sive vice-provincialia instituenda. Quae Capitula Statuta propria componere atque in administratione partem habere possunt ac debent.

Capitulum etiam proposuit quaedam experimenta contra ius commune, a S. Sede autem concedenda.

Admissis novis Statutis Generalibus, abrogata declarata sunt omnia Statuta Generalia hucusque vigentia. Quoad experimenta autem contra Constitutiones, Capitulum decreto finali illa admisit, valitura usque ad proximum Capitulum Generale, anno 1973 celebrandum. Hoc Capitulum, iuxta normas a S. Sede datas, haec experimenta usque ad subsequens Capitulum prolongare poterit.

Capitulum absolutum est die 28 maii 1969. Hoc die habita est ultima sessio; necnon, ut in principio huius periodi, a plerisque Capitularibus Missa concelebrata est. Eodem die etiam Capitulares praesentes fuerunt audientiae generali S. Pontificis Pauli VI., qui Capitulum lingua italica allocutus est, explicans quonam sensu innovatio in Institutis religiosis accipi possit aut nequeat. Adiunxit autem S. Pontifex verba haec: « Sempre perciò dovrà essere rispettata la libertà di coloro, che, avendo abbracciato l'ideale religioso proposto dal vostro Istituto, hanno il diritto di viverlo in tutta la sua pienezza ».

Pr. Meerschaut C.SS.R.

Notarius secundae periodi Capituli

Institutum Historicum CSSR instauratum

Die 23 febr. 1968 Institutum Historicum CSSR a Rev.mo Patre Superiore Generali instauratum est sequenti decreto:

Congregatio SS. Redemptoris
Superior Generalis

Gen 154/68

Decretum

Inito cum Consultoribus nostris consilio, nominamus Instituti Historici Congregationis Sanctissimi Redemptoris membra: P. Orestem Gregorio, P. Andream Sampers, P. Ludovicum Vereecke, P. Iosephum Orlandi, P. Fabricianum Ferrero.

Constituitur Praeses Instituti P. Ludovicus Vereecke, Secretarius P. Iosephus Orlandi.

Datum Romae ad Sancti Alfonsi,
die 23 februarii 1968.

Tarsicius Ariovaldus Amaral CSSR
Superior Generalis

Kurtdietrich Büche CSSR
Vicesecretarius Generalis



Iuvat documento supra transcripto annectere quasdam notitias circa erectionem Instituti Historici CSSR eiusque vitam languentem primis post foundationem annis.

Anno 1948, diebus 29 mart. - 3 apr., habitus fuit Romae in Domo generalicia Congressus historicus CSSR, praeside Pl. RP. Zettl, secretario RP. Or. Gregorio. Congressus convocatus fuit a Rev.mo P. Rectore Maiore Leon. Buijs, qui in oratione sua inaugurali scopum conventus sequenti modo definiuit: « Promovere studium et scientiam historiae nostrae Congregationis... Dico scientiam historiae nostrae Congregationis; id est cognitionem evolutionis externae et internae nostri Instituti, incrementi nostri ministerii apostolici, vitae et laboris nostri fundatoris et nostrorum virorum illustrium » (*Analecta* 1948, p. 52).

Rev.mus Pater hac occasione etiam momentum studii historiae nostrae, non solum pro ipsis cultoribus sed et pro omnibus Congregationis sociis dilucide significavit: « Si totis viribus hereditatem patrum expostulamus, id minime fit ut otiose hisce rebus fruamur, sed ut totum negotium fructus afferat pro Deo et animabus. Et sane, haec ratio piae utilitatis iam invenitur in ipsa contemplativa rerum gestarum consideratione, si sub luce ex alto perficiatur... Vel maioris momenti est ipsa utilitas quam affert [haec scientia] ad vitam recte ordinandam... Non tantum pro educatione iuniorum momentum habet studium historiae nostrae, verum etiam *pro ipsa vita totius Instituti* » (*ibid.*, pp. 52 et 53). Momentum ergo non solum speculativum, sed etiam summe practicum; non pro aliquibus tantum, sed pro omnibus.

A peritis in consilium vocatis, ut Rev.mo Patri vota sua de institutione et executione studii historiae nostrae darent (*ibid.*, p. 56) enixe commendata fuit erectio Instituti Historici CSSR, « i.e. coetus Patrum qui ex officio et secundum directiones Rev.mi P. Rectoris Maioris curent de promovenda re nostra historica » (*ibid.*, p. 58). Opinabantur enim periti, tale institutum, ubi collatis viribus a pluribus laboraretur, necessarium esse, ut opus tam grande et per longum tempus se protrahens, secure et efficienter ad finem reduceretur.

His votis annuens Rev.mus P. Buijs die 11 dec. eiusdem anni 1948 Institutum Historicum CSSR erexit, et quidem, uti expressis verbis dicitur, « iuxta mentem Capituli generalis an. 1947 » (*Analecta* 1948, p. 198). In Capituli actibus tamen non fit mentio de erigendo Instituto Historico, sed commendatur curae Rectoris Maioris « publicatio scientifica omnium documentorum, quae vel historiam Congregationis vel vitam S. N. Fundatoris etc. respiciunt, itemque continuatio criticae editionis operum asceticorum S. Patris nostri » (*Acta Capituli gen. XIV*, p. 45, n. 1658 in fine).

In erectione Instituti Historici prima membra designata sunt: RP. M. De Meulemeester, praeses, RP. O. Gregorio, secretarius, RP. P. Bernards. Quando RP. De Meulemeester die 7 apr. 1951 a suo munere archivistae generalis liberatus est, officium praesidis Instituti Historici retinuit (*Analecta* 1951, p. 39). Post eius mortem (15 IV 1961; *Analecta* 1961, p. 183) novus

praeses non est nominatus. Die 25 oct. 1966 etiam e vita cessit P. Bernards (*Spicilegium* 1966, p. 442). A fine an. 1966 usque ad initium an. 1968 Institutum solis duobus membris constabat: P.e Gregorio, an. 1948 nominato, et P.e Sampers, an. 1950 cooptato.

Die 23 febr. 1954 in Capitulo generali XV secretarius legit declarationem Rev.mi Patris Gaudreau, in qua novus Superior Generalis propositum suum profitebatur opera a Rev.mo Patre Buijs incoepa pro viribus promovendi et perficiendi, i.a. « Institutum Historicum eiusque publicationes » (*Acta Capituli gen. XV*, p. 33, n. 1690 in fine). Repetens a voto Capituli de instaurandis Constitutionibus secundum temporum necessitates, die 27 maii 1954 Rev.mus Pater nuntiavit: « quantum vero ad rem potest Institutum Historicum valide apteque contribuere, nemo est qui ignoret; est igitur quam maxime opportunum, dignum ac iustum eidem Instituto ex corde fovere » (*Spicilegium* 1954, p. 6).

Capitulum generale an. 1963 celebratum libenter approbavit propositum Commissionis de Formatione, gratias scil. agendi « Patribus qui editionibus historicis collaboraverunt » et committendi Superiori generali « ut huius Instituti [Historici CSSR] promotionem magis ac magis foveat » (*Acta Capituli gen. XVI*, p. 100, n. 1761).

Primum munus a Rev.mo Patre Rectore Maiore demandatum Instituto (an. 1948) fuit editio critica textuum antiquiorum, qui ad elaborationem Regulae et Constitutionum CSSR pertinent. Propter varias res adversas post 20 annos demum editio perfecta est (*Spicilegium* 1968). Paulo ante obitum P. Bernards fructum sui studii diuturni de eodem argumento vulgavit (*Spicilegium* 1966, pp. 295-337).

A. Sampers

Pietà e direzione di Mons. T. Falcoia discusse a Lecce

Il sig. Bruno Pellegrino di San Cesario, pugliese, ha discusso il 29 febbraio 1968 la sua tesi di laurea in lettere intitolata: « Pietà e direzione spirituale nell'epistolario di Tommaso Falcoia: per la storia religiosa del primo Settecento napoletano ». L'allievo che ha studiato con diligenza presso l'archivio generale redentorista di Roma i documenti editi e inediti relativi a Mons. Falcoia, che fu direttore di coscienza di sant'Alfonso, della ven. suor Maria Celeste Crostarosa, del ven. p. Cesare Sportelli, di M. Ripa, ecc. ha conseguito un brillante successo con la votazione di 110 con lode. Ne è stato Relatore il prof. Mario Rosa, che ha trovato la stesura « una novità e una primizia ». La commissione esaminatrice dell'università di Lecce, plaudendo alla fatica letteraria del giovane Pellegrino, l'ha incoraggiato a continuare le ricerche nella storia della spiritualità del '700. Ed è quanto desideriamo anche noi sapendo che ben poca cosa è stata compiuta in questo campo.

O. Gregorio

La concezione sociale di sant'Alfonso discussa a Roma

Il sig. Antonio Federici di Torano (Rieti) si è laureato l'11 novembre 1968 con 105 su 110 presso l'università di Roma con la tesi: «La società italiana del Settecento in sant'Alfonso de Liguori» (240 cartelle dattiloscritte). Il lavoro, che è stato il primo tentativo del genere, è stato articolato nei seguenti capitoli: 1. La concezione della società in sant'Alfonso; 2. I mali che affliggono la società; 3. I modi di rinnovare la società; 4. I mezzi messi in atto: cappelle serotine e congregazioni, missioni sacre, attività letteraria. Il tesista ha trattato criticamente sant'Alfonso, indicandone le benemeritenze e anche le carenze. La discussione, anche per la novità della materia, è stata seguita con interesse. Il correlatore prof. Vittorio Giuntella congratulandosi con il neo-dotto Federici dicevagli in uno scritto: «La figura di sant'Alfonso ci è tornata più vicina ed umana, anche se lo abbiamo sottoposto ad una critica, forse un po' aspra».

O. G.

La nuova basilica gerardina

Nello scorso agosto, a Materdomini (Avellino), si è dato inizio alla costruzione della nuova basilica più funzionale in onore di san Gerardo Maiella redentorista, il cui culto durante gli ultimi decenni si è andato maggiormente diffondendo nel mondo, specie americano. L'ampia fabbrica sorgerà su 60 pilastri di cemento armato a causa della collina poco rocciosa, al fianco dell'antica, che in certe occasioni festive era diventata angusta ad accogliere i pellegrini affluitivi da diverse parti.

O. G.

Nuovi cittadini onorari di Pagani (Salerno)

Su proposta dell'Avv. Enzo Mazzotta, Assessore del comune di Pagani, il 13 gennaio 1969 la Giunta municipale approvò alla unanimità il conferimento della Cittadinanza onoraria al Rev.mo P. Tarcisio Arioaldo Amaral brasiliano, Superiore Generale della Congregazione del SS. Redentore, ed al M.R.P. Vincenzo Carioti calabrese, Superiore Provinciale dei Redentoristi Napoletani in testimonianza dell'attaccamento di tutti i paganesi nei confronti degli eredi spirituali di sant'Alfonso. La cerimonia civile si svolse l'8 luglio nel salone degli stemmi del palazzo San Carlo, onorata dall'intervento del Sottosegretario di Stato On. Bernardo D'Arezzo, che è di Pagani, e dalle più illustri autorità provinciali e comunali. Il Sindaco Dott. Carlo Tramontano, descrisse le benemeritenze religiose del Rev.mo P. Amaral e del M.R.P. Carioti, consegnò ai neo-cittadini tra gli applausi scroscianti degli invitati la simbolica pergamena e una targa-ricordo, pregandoli di continuare il benefico apostolato alfonsiano nella terra del Vesuvio e sotto ogni cielo.

O. G.